



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. I. De primitijs.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

## SECTIO IX.

*De primitiis, & oblationibus.*

## §. I.

*De primitiis.*

**P**rimitiæ dicuntur, *primi fructus agrorum, vinearum, horticorum &c. primogenita in animalibus &c.* ut colligitur ex variis sacrarum litterarum textibus. Distinguntur à decimis, quòd illæ sint primi fructus, & immediatè Deo offerantur, in gratiarum actionem pro frugibus terræ &c. decimæ verò sint decima pars fructuum, quæ in sustentationem ministris Ecclesiæ immediatè debetur; & quamvis in antiqua lege ex præcepto legis divinæ scriptæ, offerri deberent, primitiæ, ex omnibus fructibus Deo, juxta varios Sacra Scripturæ textus, & olim etiam in lege Evangelica, ex præcepto juris Ecclesiastici, solvi deberent sacerdotibus, & ministris Ecclesiæ; prout etiam varia jura indicant, hodie tamen in plerisque locis est hæc obligatio extincta, ut nemo de his solvendis ex obligatione sollicitus sit.

## §. II.

*De oblationibus.*

**O**blationum nomine, prout à decimis, primitiis, & alijs donationibus, ac legatis Ecclesiæ factis distinguuntur, quæ sub nomine oblationum latius accepto comprehendi possunt, earum oblationes veniunt, *quæ ad altare à Christi fidelibus Deo, & Sanctis offeruntur, religionis*

*intuitu, licet postea in usum Ecclesiæ vel ministrorum ejus vertantur: nullum quidem de strictè dictis oblationibus faciendis præceptum in Ecclesiis debetur (quæ enim præcepta in jure canonico antiquo oblationes præcipere videntur, loquuntur in ampliore sensu accipendo oblationes, de illis scilicet, quæ in titulo, vel ut census, vel ut legati, vel ut decimæ &c. in casu quo defectus sustentatio congrua ministris Ecclesiæ ex cōsuetudinariis aliquâ obligatione debentur Ecclesiæ) laudabiles tamen & pias, ac spontaneas consuetudines esse negligendas, monet Pontifex in *Apostolicam* 42. *de Simonia*, capitulo 1. *men etiam quorundam oblationum aram admittere, vel accipere prohibetur, prout videre est, apud ipsam canon. 2. dist. 90. v. dona altaris &c. manifestis, à raptoribus, à pauperum oppressoribus, à sacrilegis, à contumacibus, à publicis meretricibus, à scandalum scilicet vitandum, & non deatur Ecclesia cum illis velle communicare, in iniquè partis &c. ob quam etiam non possunt hæc oblationes accipi ex illis, quæ sunt injustè acceptæ, quæ debentur alijs, vel ex pietate, vel ex charitatis &c. obligatione. Et quovis tales oblationes immediatè Deo fiant, in usum tamen illorum converti possunt, qui curam animarum in Ecclesia ex officio, & obligatione ministrant. Et hinc oblationes, quæ fiunt capellæ alicui, aut altari in Ecclesia parochiali existenti; vel quæ fiunt in capella, aut oratorio, sito intra fines, & limites parochialis Ecclesiæ, vel quæ**